Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 200

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 476.

" committo fervide caritati et iuste discreti,
" oni omnium rectius et veracius sentienti,
" um Ad laudem et gloriam omnipotentis dei
" qui est laudabilis et benedictus in secula
" seculorum Amen. Explicit Speculum Cleri,
" corum deo gracias amen ffr Jo. de cap.no
Inscribitur quoque hoc opus De instructi,
one et directione Simplicium Sacerdo,
tum et prodiit Venet: 4to 1580. una cum
tractatu de Papa, et Concilii authorita,
te. . Vide Bosevin: Appar. Sac: T. 2.
Voce Joann: Capistr. Oudin: Script: eccl:
T. 3. Col: 2460. Wharton in Append: ad
Caveum p: 98.

S. Joannes Capistranus, natione Ita,
lus Ord: Min: vitam posuit aõ 1456.

Cod: CC. 2°

Chartac: Fol: saec: 15. 4. Z.

1. Fol 1— 202. 201a

Franc: de Mayronis Sermones de tempore et de Sanctis.

Francisci de Mayronis Sermones de tem,
pore, et de Sanctis per annum Dri,
mus, qui est de dominica prima Adven,
tus, incipit: "Videbunt filium hominis ve,
nientem &c: Quia secundum doctrinam
beati Augustini! Magna haec sermonum
moles eleganti et nitido charactere exa,
rata est. In calce legitur: "Explicierunt
sermones Francisci Mayronis in festo
undecim milium virginum anno domini

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 200

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 477.

N° CCCC°XLVI°. per Henr: de L.

De authore vide Codicem CLXXXIX.

2. Fol: 206a — 366b.

Sermones varii

Sermones varii de dñcis, de festis nonnullis Domini, B: V: M: et diversorum Sanctorum modo breviores modo longiores, indiscriminatim absque ullo ordine collecti. Folio 273 verso extat rubrica: "Incipiunt nunc Sanctorum et primo de apostolis." Hi sermones de Sanctis plerumque finiuntur hac clausula Dicatur legenda vel historia. Hos excipiunt alii sermones de festis Domini, et nonnullis dominicis: Inter alios occurrit sermo qui inscribitur de Adventu, sed ob nimiam prolixitatem potius tractatus appellandus. Initium ejus est: "Reparare israel in occursum domini dei tui Amos 4°. In his verbis propheta duo facit" &c. nimirum hortatur nos ad nostram honestatem, et ostendit venientis dignitatem. Hunc tractatum sequuntur alii sermones de variis festis. De authore omnium praedictorum nullum apparet vestigium; illius itaque detegendi laborem aeque, ac ingratum studium eius; quibus nec tempus deest, nec voluntas re, lingua.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 200

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 478.

B. 366 Fol. 366b–421a

Henrici de Hassia Sermones.

His subjunguntur sequentes sermones. Primo: unus de conceptione B. V. M. huius initii: Edificavit dominus deus coelum &c. Ad laudem gloriose virginis Marie." Secundo: Sermones tres de passione Domini, quorum prior incipit: "Respice in faciem Christi tui ps. 83. Reverendi patres magistri ac Domini mei si moderamen rideremus conditionis humane". Tertio: sermones de festis resurrectionis, ascensionis Domini, Trinitatis et Corporis Christi. Primus horum rubrica insignitur: "Sermo de Resurrectione domini venerabilis Magistri Henrici de Hassia", et incipit: "Reverendissimi magistri, patres ac domini. Hec dies &c. Ob hanc rubricam, et aequalem dicendi rationem singulos hos sermones uni eidemque adscribo authori, eoque libentius cum constet, Henricum festis per annum praecipuis Vienna pro more ad concionem academicam dixisse. Ultimus de Corpore Christi, qui incipit: "Accipite, et manducate &c: Quia difficile est!" fortasis ille est, quem Fabricius (a) inscribit de modo celebrandi, et recipiendi Sacramentum Eucharistiae.

(a) Bibl. med. & inf. latin. T. 3. p. 218.

His in fine adduntur quaestiones breves theologicae, duo Sermones, et nonnullarum vocum in novo testamento occurrentium explicatio; levioris cuncta ponderis.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 200

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27537

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)